



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XX. Markgraf Ludwig belehnt die Bürger Prizzel in Neu-Landsberg mit zwei
Theilen des Dorfes Weperitz, am 6. Mai 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

cet quinquaginta marcarum Slaucalium denariorum, Quam quidem pensionem dictus dominus Henricus dictis dominis seu ecclesie Caminenfi annis singulis duobus in terminis presentabit, medietatem super festo pentecostes et aliam medietatem super festo Martini persoluendo, dubio quolibet procul moto. In hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Camin nobis presentibus, anno domini millelmo tricentelimo decimo octauo, feria quarta post festum pentecostes.

Nach dem Kamminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

XX. Markgraf Ludwig befehlt die Bürger Prizzel in Neu-Landsberg mit zwei Theilen des Dorfes Weperitz, am 6. Mai 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod discretis Burgenfibus nostris de Nova Landisberg, videlicet Henningo, Conrado et Petro Prizzel eorumque legitimis heredibus contulimus per presentes debito pheodi titulo manu conjuncta conferimus duas partes Ville Werpezowe, possidendas cum uniuersis suis pertinencijs Scilicet agris, Lignis, Pratis, Aquis et Fructibus atque pascuis absque omni Seruicio, et decem et septem mansos dictarum duarum partium liberos a pecunia qualicumque. Arbitratus quoque est quidam dictus Holtebotel Seruitium unius Dextrarij in Bonis suis, que habet in villa Benz, loco illius Seruicij, quod prestare et facere de dicte Ville Werpezowe duabus partibus tenebatur. In cujus rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes quoque aderant Nobiles Viri et Domini Gualterus et Adolfus, Comites de Lindowe, Dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, Hermannus de Reder et Hermannus de Loffow, milites, cum alijs fidedignis. Datum quarthen per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millelmo tricentelimo uicesimo quinto, Die Sancti Johannis ante Portam.

Nach einer Copie in Bedmanns Nachlasse.

XXI. Die Gebrüder Johann und Dietrich von Brederlow versprechen dem Markgrafen Ludwig ihre Beste Derzhow offen zu halten, am 30. März 1326.

Nos Johannes miles, Thidericus famulus nostrique fratres, dicti de Brederlo, recognoscimus literas per presentes, quod nos nostrique heredes municionem nostram Dertschowe tenere debeamus apertam et patulam magnifico principi domino nostro karissimo domino Ludowico,